

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 9: De correctione fraterna (3)

Ambrosius super psalmum beati immaculati in via:

Iudicet ille de alterius errore,  
qui non habet quid in se ipso reprehendat,  
aut quod sit dampanandum.  
Iudicet ille qui non agit eadem que in alio putaverit punienda,  
ne cum de alio iudicat, in se ferat sententiam.

iudicet de alterius errore,  
qui non habet quod in se ipse condemnet,  
iudicet ille, qui non agat eadem quae in alio putauerit punienda,  
ne, cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam,  
iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio,  
nulla offensione, nulla leuitate ducatur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 20.31.2  
(CSEL 62, M. Petschenig ed., p.460, ll.6-10).